Clareat cunctis presentibus atque futuris. Quod ego Agnes Dei gratia Sancti Danielis abbatissa, consilio et asse-
nsu totius conventus eiusdem loci dono et assigno illi officine que dicitur infirmaria illum mansum totum
integre in quo habitat Arnallus de Abbadenches, qui est in comitatu Gerundensi in parrochia Sancti Saturnini de
Palatiolo, in loco qui dicitur Abbadenches. Qui mansus fuit oblatus ecclesie Sancti Danielis et conventui pro hereditate
Raimunde de Devote, que fuit filia Arnalli de Palatiolo et Bernarde uxoris eius. Predictum itaque mansum dono
et assigno ad ipsam infirmariam cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et hominibus et feminis et
vineis et terris cultis et heremis et arboribus diversorum generum et boschis et garricis et censibus et usaticis, for-
ciis et acapitis et ademprivis et omnium rerum districtis sive exactionibus ac proventibus, et cum omnibus aliis que
dici vel nominari sive excogitari aliquo modo possunt que ad dictum mansum pertinent et pertinere debent. Et
propter hoc confiteor me numerando recepisse de bonis ipsius infirmarie per manum Sophie et Marie de
Palera CCC solidos Barchinonenses, quos nunc cum magna utilitate domus nostre in redemptione illius pagesie que fuit
Iohannis de Petra, que fuerat obligata pro CCCC solidis, quam redemimus pro magna nostra necessitate et utilitate.
Preterea cum communi consilio laudo ad ipsam infirmariam illum mansum de Mesetris cum omnibus que ad ipsum
mansum pertinent et pertinere debent. Hec omnia superdicta teneat sepedicte de Devote Sophia scilicet et
Maria ad servitium infirmantium. Et post ipsas abbatissa cum consensu totius nostri capituli sta-
biliat alias duas quas cognoverit prudentes et discretas ad illud servitium faciendum, et ita fiat per gratiam
Dei usque in finem seculi. Et ista domna nec abbatissa aliqua post nos contra hoc stabilimentum tam utile et tam
honestum et tam necessarium venire presumat. Quod quicumque fecerit sit maledictus a Deo et omnibus
sanctis, et non valeat obtinere, immo hoc supra scriptum ... valeat. Actum est hoc VII kalendas Madii anno
Domini M CC XXVII.

+ Agnes Sancti Danielis abbatissa.

infirmaria

Sig+num Marie de Devote. Sig+num Raimunde de Palatiolo que hoc laudo. Sig+num Berengarie de
Sig+num Saurine de Castellsavello(?). Sig+num Sophie. Sig+num Marie de Palera.
Sig+num Bernarde de Palatiolo. Sig+num Flandine de Trio(?). Sig+num Galbors de Solerio.
Sig+num Saurine de Ugunibus(?). Sig+num Ermine de Torrente.
Sig+num Elicsendis de infirmaria(?). Sig+num Elliardis de Monte Albo(?).

Petri de la Coculla(?) presbiteri sacriste(?). Marcialli de Mata presbiteri.
Sig+num Petri de Castilione qui hoc scripsit die et anno quo supra.
... Stephani ... publice scriptor ... subscribo.

n.º 71

1 Enfermería.
S. Sadurní de Palol.

T 300 x 190

CNIm. n.º 2 f 2

Donació fa la Abadessa de S. Daniel á la Enfermería, del mas que habita Arnaldo de Abadencas sit.º en la Parra de S. Sadurní de Palau (ó Palol) que fou ofert á S. Daniel per herencia de Ramona, filla de Arnaldo de Palatiolo.

A 25 abril 1207.

64